



R. P. Thomæ Tamburini È Societate Jesu Opera Omnia

Tamburini, Tommaso

Lugduni, 1689

Ingrediendi eandem, si pater consenserit.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78172](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-78172)

tenetur ad jejunium; quia jam remanet principale, scilicet jejunium, quod servari potest. Dixi (nisi aliud expresse intendatur) nam si intendam te jejunare prae ceteris hac forma, sine vino, sine piscibus, &c. & non sub alia illa forma semel, quamvis cum primo violata, ad aliam ex vi voti non obligaberis, quia illam vovisti, non aliam.

17. Sed quid, si vinum biberis, atque addo quoad hanc circumstantiam votum violaveris, licebitne tibi sine novo peccato, vinum iterum, iterumque potare, posito, quod aliud in contrarium expresse non intendis? Affirmat Sanchez lib. 4. in decap. 11. num. 41. quia per abstinentiam vini semel violatam redditur pro illo die impossibilis dicta abstinentia. Negat Castro Palaus tom. 1. tract. 15. d. 1. p. 12. n. 19. quia intentio votantis videtur aditrix xisse jejunio abstinentiam vini pro singulis horis totius diei: Ego assentior Sanchio, si sermo sit de voto jejunandi in pane, & aqua: Castro Palaus autem, si de voto abstinenti eo die à vino; nam in his duobus votis, licet videatur magna affinitas, quia tamen in altero est negatio bibendi vinum, quae est malignantis naturae, in altero est affirmatio bibendi aquam; videtur adesse non spernenda diversitas, quam pro doctioribus innuisse sit satis.

18. Hoc facit sequens casus: Voveram ego per omnes sextas ferias solum panem comedere, & item voveram in Vigilia B. Aloysij panem non comedere, sed verò res alias, ciceres, fabas, lentes, immò & pisces, &c. incidit autem hoc anno Vigilia Beati in sextam feriam, quid agam; si enim solum panem, siue sola esculenta comedam, contra alterum ex votis faciam. Respondendo, hac in re non puto attendendum ad prioritatem temporis emissi voti, quia tempus in voto Deo factis videtur res valde extrinseca, necque ad intentionem votantis; supponimus enim hanc concurrentiam ipsum non praevidis. Puto hunc obligari ad ponendum, quod Deo gratius existimabitur. Sicut enim, si tibi duo promisi, gemmam, v.g. pretiosam, & mediocrem picturam, quae ab amico expectabam; si deinde ab eodem non possum obtinere utrumque, sed alterutrum, quem malueris, certe gemmam eligere debeo, quo tibi in re maiore, quam possum satisfaciam: ita videtur in casu nostro.

19. Verum, quid Deo erit gratius in re, de qua agimus, ubi utrumque jejunium ab eadem virtute abstinentiae procedit, nec ad excellentiorem actum recurrere possumus? Respondeo. Censuit quidam, jejunium sine pane esse gratius Deo; quia in genere abstinentiae rigidius est, quam jejunium cum solo pane. Non assentior, puto enim esse rigidius jejunium in solo pane, quam jejunium in ceteris. Nam ego potius eligerem, siue ad incitandum palatum, siue ad nutritionem, comedere pisces, ciceres, lentes, pulres varias, variisque saccharo condita, fructusque cum libertate diversos, praesertim pro uno tantum die; quam vnum aridum, siccum, insipidum, nullo obsonio associatum panem. Merito ego assero gratius esse Deo jejunium in solo pane, quam jejunium cum libertate in ceteris.

Sed quid si vovens advertisset, cum vovit, ad utrumque jejunium, ad quod obligabitur?

Respondeo aliqui cum Sylv. v. Votum 2. q. 17. ad utrumque, si potest, quia utrumque promisit, quare nihil comedit. Alij cum Vasp. de jejun. d. 243. respondent, ad neutrum, quia satis diversum jejunium est, nihil comedere, quod certe vovens non videtur vovisse; quam jejunium siue pane, & jejunium cum ceteris, quae promisit.

Dico congruentius loqui Priores, quia nisi vovens amens fuerit, dum vovit panem non comedere, & alia esculenta non comedere, nihil comedere promisit. Id ergo servet, si potest; nam ceterum facile Superior dispensabit, vel gravis debilitas consideratis votantis viribus iuste timenda excusabit.

20. Qui vovit jejunium in pane, & aqua, potestne comedere pastillos esculentos, quos Itali *Macherones*, vel *Vermicellos* appellamus: nam, si in illos, dum coquantur, parum olei, & amaraci pauculae frondes infun-

dantur

tenetur ad jejunium; quia jam remanet principale, scilicet jejunium, quod servari potest. Dixi (nisi aliud expresse intendatur) nam si intendam te jejunare prae ceteris hac forma, sine vino, sine piscibus, &c. & non sub alia illa forma semel, quamvis cum primo violata, ad aliam ex vi voti non obligaberis, quia illam vovisti, non aliam.

17. Sed quid, si vinum biberis, atque addo quoad hanc circumstantiam votum violaveris, licebitne tibi sine novo peccato, vinum iterum, iterumque potare, posito, quod aliud in contrarium expresse non intendis? Affirmat Sanchez lib. 4. in decap. 11. num. 41. quia per abstinentiam vini semel violatam redditur pro illo die impossibilis dicta abstinentia. Negat Castro Palaus tom. 1. tract. 15. d. 1. p. 12. n. 19. quia intentio votantis videtur aditrix xisse jejunio abstinentiam vini pro singulis horis totius diei: Ego assentior Sanchio, si sermo sit de voto jejunandi in pane, & aqua: Castro Palaus autem, si de voto abstinenti eo die à vino; nam in his duobus votis, licet videatur magna affinitas, quia tamen in altero est negatio bibendi vinum, quae est malignantis naturae, in altero est affirmatio bibendi aquam; videtur adesse non spernenda diversitas, quam pro doctioribus innuisse sit satis.

18. Hoc facit sequens casus: Voveram ego per omnes sextas ferias solum panem comedere, & item voveram in Vigilia B. Aloysij panem non comedere, sed verò res alias, ciceres, fabas, lentes, immò & pisces, &c. incidit autem hoc anno Vigilia Beati in sextam feriam, quid agam; si enim solum panem, siue sola esculenta comedam, contra alterum ex votis faciam. Respondendo, hac in re non puto attendendum ad prioritatem temporis emissi voti, quia tempus in voto Deo factis videtur res valde extrinseca, necque ad intentionem votantis; supponimus enim hanc concurrentiam ipsum non praevidis. Puto hunc obligari ad ponendum, quod Deo gratius existimabitur. Sicut enim, si tibi duo promisi, gemmam, v.g. pretiosam, & mediocrem picturam, quae ab amico expectabam; si deinde ab eodem non possum obtinere utrumque, sed alterutrum, quem malueris, certe gemmam eligere debeo, quo tibi in re maiore, quam possum satisfaciam: ita videtur in casu nostro.

19. Verum, quid Deo erit gratius in re, de qua agimus, ubi utrumque jejunium ab eadem virtute abstinentiae procedit, nec ad excellentiorem actum recurrere possumus? Respondeo. Censuit quidam, jejunium sine pane esse gratius Deo; quia in genere abstinentiae rigidius est, quam jejunium cum solo pane. Non assentior, puto enim esse rigidius jejunium in solo pane, quam jejunium in ceteris. Nam ego potius eligerem, siue ad incitandum palatum, siue ad nutritionem, comedere pisces, ciceres, lentes, pulres varias, variisque saccharo condita, fructusque cum libertate diversos, praesertim pro uno tantum die; quam vnum aridum, siccum, insipidum, nullo obsonio associatum panem. Merito ego assero gratius esse Deo jejunium in solo pane, quam jejunium cum libertate in ceteris.

Sed quid si vovens advertisset, cum vovit, ad utrumque jejunium, ad quod obligabitur?

Respondeo aliqui cum Sylv. v. Votum 2. q. 17. ad utrumque, si potest, quia utrumque promisit, quare nihil comedit. Alij cum Vasp. de jejun. d. 243. respondent, ad neutrum, quia satis diversum jejunium est, nihil comedere, quod certe vovens non videtur vovisse; quam jejunium siue pane, & jejunium cum ceteris, quae promisit.

Dico congruentius loqui Priores, quia nisi vovens amens fuerit, dum vovit panem non comedere, & alia esculenta non comedere, nihil comedere promisit. Id ergo servet, si potest; nam ceterum facile Superior dispensabit, vel gravis debilitas consideratis votantis viribus iuste timenda excusabit.

20. Qui vovit jejunium in pane, & aqua, potestne comedere pastillos esculentos, quos Itali *Macherones*, vel *Vermicellos* appellamus: nam, si in illos, dum coquantur, parum olei, & amaraci pauculae frondes infun-

dantur

Absinentia à vino.

14. Votum abstinenti à vino, etiam ad evitandam ebrietatem, non prohibet ceruicium, & similia; quia haec sunt satis diversa, & finis extrinsecus sub voti obligationem non cadit. Alia de hoc voto mox afferam num. 15.

15. Jejunandi in pane & aqua: ubi An Pastilli esculenti, vulgo Macherones, hoc jejunium violant?

17. Votum jejunandi in pane, & aqua obligat sub mortali, ne aliud comedas, vel bibas. Exiptionem parvitatem materiam: quae certe in re nimis laxè mihi videtur. Castro Palaus 1. 1. p. 12. n. 21. dixisse, quod docuit votum abstinenti à vino, obligare sub gravi culpa ne bibatur ea quantitate, quae vino temperatè siccitibus sufficeret pro una comestione; quasi ad majorem non obligetur graviter: nimis, inquam, laxè. Si quis tamen quater bibat vinum, quod de more mistum in prandio, temperatè bibat, ergo sequitur, quod si, cui non liceret vinum propter votum bibere, posset sine gravi culpa bibere bis, vel ter. Id non credo. Semel igitur modo dicto bibere, non putarem grave; pluries, putarem: Nec id durum videatur; nam idem Castro Palaus, lib. 1. n. 19. nescio, an sibi repugans, non multò ante dixit, seu supposuit, semel bibendo vinum, frangi jejunium promissum in pane, & aqua. 16. Qui in pane, & aqua jejunare vovit, si non potest sic jejunare, obligabitur jejunare eum piscibus; si nec cum his, vel similibus potest, obligabitur cum laetioribus jejunium servare. Ratio est, quia accessorium sequitur principale; non contra: cum igitur ex mente communiter votantium (nisi aliud expresse intendatur) in praedictis promittatur principaliter jejunium; si illud observari potest, debet. Contra verò si jejunare non potest, non propterea à praedictis cibi, & etiam à carnibus te continere iubeo, quia abstinentia ab his accessorie ad jejunium fuit promissa. Ita Layman. lib. 4. tr. 4. cap. 1. n. 3. propter eandem rationem, si vovens jejunium in pane, & aqua, hora consueta alios cibos quadragesimales adhibuit, violando graviter votum, adhuc